Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36525
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

sacramenta percipiant. eos ad salutem uitaq; eternam esse uen
turos. contra apussimam domini sententiam qui desiderantibus uitam
eternam respondit. si uis uenire ad uitam serua mandata.
& commemorauit que mandata. ubi scilicet peccata ui
tanda. quib; nescio quomodo salus eterna promittitur. propter fi
dem sine operib; mortua. De his trib; questionib; satis
quantum existimo disputaui. demonstrauiq; sic toleran
dos in eccla malos ut non neglegat ecclastica disciplina.
sic catechizandos eos qui baptismum petunt ut non solum
audiant atq; suscipiant quod credere. uerum etiam qualiter
uiuere debeant. sic permittit fidelib; uitam eternam. ut non
etiam per fidem mortuam que sine opib; saluare non potest
ad eam sequisq; peuenire posse arbitret. si pillam fidem
gratie que per dilectionem operat. non utiq; culpent dispensa
tores fideles non sua neglegentia. t' pigritia. sed quorun
dam potius contumatia qui peccuniam dominicam recusant
accipere. & adulterinam suam cogunt seruos dominicos ero
gare. dum nolunt saltem tales mali esse. qualis sancti cypri
anus commemorat. scilicet uerbis solis & non factis renunci
antes. quod nec uerbis renuntiare diaboli operib; uo
lunt. cum se in adulterio permansuros uoce apertissima
profitent. Siquid ab eis dici solet. quod forte disputando
non attigi tale arbitratus sum. cui ea responsio necessaria
non fuisset. siue quod ad rem de qua agit non pertineret. siue
quod tam leue esset. ut a quolibet facillime redargui po
tuisset. Explicit liber aurelii augustini. De fide & operibus.